diante, semper in Primo Citationis Termino tanquam Peremptorio stare uni parere respondere, vadium vel vadia statuta luere Inscriptioni praesenti Obligatoriae ac eius contentis in toto satisfacere ac omne Iudicatum pati debebunt ac tenebuntur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus illis Terminum primum Peremptorium et alios omnes exinde consequentes causas eorum Terminis semper Peremptorios vera Infirmitate seu alacori Maiori necessitate Succurum legatione intra vel extra Regnum Servitiis Militari ad Munimenta ad Comitia vel alijs quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis Non differendo ad Locumtenentem praeterea, Ultra primos et proximos Officij Castrensis Capitanealis "Premisliensis" Termino Dilationem sibi Non recipiendo, Nullasque Motiones Appellationes ac earum Prosecutiones faciendo ac praemissa omnia parte simplicibus vel Triplicatis Exceptionibus Suspensionibus fundalijs Iuris praesertim Terrestri Belli Convocationeque ac alijs omnibus Iuris Remedijs et defensis, Non subterfugiendo Nec Modo alio quovis evadendo Hac sua personali Recognitione ad praemissa omnia Mediante.

Magnificorum Szczawinskich coniugum Mutua Advitalitas.

141 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Magnifici

Constantinus Casimirus in Magna Sczawin Sczawinski Castellanus Krusvicensis ab una et Helena de Fulsztin Herburtowna praefati Magnifici Castellani Krusvicensis consors legitima parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus Iurisdictionibus suis propriis et competentibus recedentes praesenti Iudicio Castrensi Capitaneali Premisliensis Iurisdictioni quoad Actum praesentem attinet se cum bonis suis generaliter omnibus ac successoribus suis totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac personaliter professum recognoverunt et quivis illorum pro interesse sequitur. Iidem ipse et quidem Magnifica Helena de Fulsztyn Sczawinska cum supradicti mariti sui Domini Iudicis coniugalis personali assistentia et Iuneo ad infrascripta recognoscenda consensu sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumque quarumvis pecuniariarum, necnon auri argenti clenodiorum, vestium vestimentorum unionum Margaritharum tum et stanni, aeris, cupri orichalci atque pecorum pecudum equorum equitiorum ac omnis suppellectilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae in quacunque materia et forma existentium mutuam advitalitatem et usum fructum advitalitium ad extrema duntaxat vitae utriusque eorum tempora tantummodo et non ultra inscripserunt et assignaverunt prout inscribunt concedunt et assignant praesentibus tali vero

modo

Modo et Conditione. Quod si prius Praefatum Magnificum Constantinum Casimirum in Magna Szczawin Szczawinski Castellanum lensiciensem Maritum suum, quam ipsa Magnifica Helenam de Fulsztin Herburtowna consortem ipsius mori de hac luce orbari contigerit extunc Magnifica Helena de Fulsztin Herburtowna consors sua Bona supradicta generaliter omnia et summas pecuniarias morte praedicti Magnifici Mariti sui derelictos, cum omni eorundem Iure Dominio Proprietate competentiaque et pertinentia, quam omnibusque et singulis eorundem Utilitatibus et usufructibus tenebit habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice uti fruetur ad extrema durante vita sua tempora Post fata vero Magnificae consortis suae, extunc Bona praedicta et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti subiectos morte praedicti Magnifici Mariti sui derelictos ad successores praenati mariti sui sine quovis impedimento et Contradictione, successorum eiusdem consortis suae totaliter et plenarie redibunt et devolventur. Similiter quoque quod si prius praefatam Magnificam Helenam de Fulsztin Herburtowna praefati Magnifici Szczawinski Castellani lensiciensis consortem suam maritum ipsius mors contigerit extunc is ipse Magnificus Maritus suus Bona supradicta omnia et res supranarratas morte Magnificae Consortis suae derelictos cum omni eorundem Bonorum Iure Dominio Proprietate, omnibusque et singulis eorundem Bonorum Utilitatibus fructibusque provenientibus, Commodis emolumentis, attinentiisque et pertinentiis generaliter universis tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice utifruetur ad extrema scilicet vitae suae tempora Post mortem vero et de hac luce

derelicti

decessum eiusque mariti sui ex tunc Bona supradicta omnia resignata morte praenominato Consortis sui derelicta Inscriptioni praesenti Advitalitatis sub(?) ... ad successores ipsius Magci consortis sui ... ne quavis Contradictione et impeditione successores mariti sui redibunt et devolventur devolvique debebunt. Sub omnibus ... poenalibus ... ad ... missa omnia mediantibus.

Chojnacka Magcum Szczawinski Castell Kruswic quiet. 141

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gnosa Helena de Chlopice, Gnosi Joannis Chojnacki consors ... Sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Iuri Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum praesentem attinet, se eiusque successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie subjiciendo et incorporando, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa cum eiusque Mariti sui Uxoriis Dotis coniugalis personaliter ... et ... ad infrascripta recognoscendum consensu Magnificum Casimirum Constantinum in Szczawin Szczawinski Castellanum Cruswiciensem et ipsius Successores de summa Mille florenorum Polonicalium sibi Recogniti per eundem Magnificum Castellanum Cruswiciensem Scripto certo Manuali de Acta et data